# DE SEX HUIUS SAECULI AETATIBUS

De sex huius mundi aetatibus ac septima vel octava quietis vitaeq· caelestis
et supra in conparatione primae ebdomadis· in qua mundus ornatus est·
aliquanta praestrinximus· et nunc in conparatione aetatum unius hominis
qui microcosmus grece a philosophis· hoc est minor mundus solet nuncupari· de eis
dem aliquanto latius exponemus.

I. Prima est ergo mundi huius aetas· ab adam usq· ad noe· continens annos iuxta hebrai
cam veritatem· mille sexcentos LVI· iuxta LXX interpretes· II CCXLII· generationes
iuxta utramq· editionem numero X· quae universali est deleta diluvio· sicut primam
cuiusq· hominis oblivio demergere consuevit aetatem. Quotus enim quisq· est qui
II suam recordetur infantiam. Secunda aetas a noe usq· ad abraham generationes
iuxta hebraicam auctoritatem complexa X. Annos autem CCXCII. porro iuxta LXX
interpretes· anni CCLXXII· generationes vero XI. haec quasi pueritia fuit generis popu
li dī. et ideo in lingua inventa est· id est hebrea. a pueritia namq· homo incipit nosse loqui·
post infantiam quae hinc appellata est· quod fari non potest.

III Tertia ab abraham usq· ad david generationes iuxta utramq· auctoritatem XIIII·
Annos vero DCCCCXLII complectens. haec quasi adolescentia fuit populi dī·
a qua aetate quia incipit homo posse generare· propterea matheus evangelista gene
rationum ex abraham sumpsit exordium· qui etiam pater gentium constitutus est·
IIII quando mutatum nomen accepit. Quarta a david usq· ad transmigrationem baby
lonis· annos habens iuxta hebraicam veritatem· CCCCLXXIII· iuxta LXX translationem XII·
amplius generationes iuxta utrosq· codices XVII. quas tamen evangelista matheus
certi mysterii gratia XIIII ponit. A qua velut iuvenali aetate in populo dī regum tempo
ra coeperunt. haec etenim in hominibus aetas apta gubernando solet existere regno.

V Quinta senilis aetas· a transmigratione babylonis· usq· in adventum dnī salvatoris incar
nem generationibus et ipsa XIIII. porro annis DLXXXVIIII· extenta· in qua ut gravi
VI senectute fessa malis crebrioribus plebs hebrea quassatur. Sexta quae nunc agitur
aetas· nulla generationum vel temporum serie certa· sed ut aetas decrepita ipsa
totius saeculi morte consumenda. has erumnosas plenasq· laboribus mundi aetates
quiq· felici morte vicerunt. Septima iam sabbati perennis aetate suscepti. Octavam
beatae resurrectionis aetatem in qua semper cum dnō regnent expectant.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0253